


1532. Primis Junii.

Sigismundo Primo Regi Poloniae  
 Andreas Cricius Episcopus Bloen-  
 sis Felix Szrenski Baladinus Blo-  
 ensis Georgius et Honoratus Bala-  
 tinus Comeraniae Nicolaus De Dzia-  
 lin Castellanus Culmensis.

Sacrae Regiae maiestatis et Domine  
 Domine clementissime humillimam  
 nostri Commendationem.

Quem admodum Sacrae maiestatis  
 vestrae dignata est nobis committeri  
 differentiam inter Cives Tomienses et  
 Bloenses per modum Concordiae permo-  
 nere, venimus huc maiestatis vestrae  
 mandato satisfacere volentes ac omnem  
 operam nostram qua fieri potuit im-  
 pendimus, ut et Concordiam inter  
 illos faceremus, et maiestati vestrae hanc  
 molestiam adimeremus. Addudit quidem  
 Reverendissimus Rex utraque pars ratio-  
 nes pro se non vulgares, adduxit et  
 magna dispendia, suamque egestatem  
 inquam et ista causa devenerunt,  
 ut difficillimum videretur, alteri ali-  
 quid remittere, alteri aliquid concedere  
 tamen persuasionibus nostris adducti  
 exhibuerunt se utrinque faciles ad

ea  




ea praestanda, quae nobis viderentur et  
quae ab ipsis praestari possunt. Nos i-  
gitur expensis utriusque Partis ra-  
tionibus & Damnis Slovunium proqui-  
bus Delectam Atinuerunt in hunc  
modum Concordiam inter eos faci-  
mus quod Thorunenses solvere debent  
Slovunibus 300. florenos & Slovunies to-  
tam hanc litem, super Damnis et im-  
pensis extinguere. Quae Concordiam ut-  
troque pars gratissimo animo su-  
cepit, ut uni venire solet per longas  
lites et bella fatigatis, et quia Cives  
Thorunenses declaraverunt magna sua  
dispendia et magnam egestatem  
quam subierunt ratione istius dimp-  
nis intuentis suis Privilegiis quod et  
res ipsa palam testatur, consideran-  
tes quantum inter sit maiestati ve-  
stre et Republicae tam nobilem Ci-  
vitatem conservare, supplicamus,  
humiliter Sacrae maiestati vestrae  
dignetur eius benignam habere ra-  
tionem, et illam aliqua gratia sua  
sublevari, quam id suo tempore per-  
tinet a Sacra maiestate vestra  
quam illi nos omnibus servitiis no-  
stris demereri curabimus. Quod vero  
ad Slovunies attinet, qui & ipsi dispen-  
dia et egestatem suam queruntur

et  
S



1532. 14. 2. Junii  
et quod illis Deardum est. sed quod fieri  
potuit auipere De bent quoniam haec  
sua Dispendia non tantum Suae Ci-  
uitatis Sed etiam aliarum Civitatum  
et mercatorum libere Defluctationis  
Causa subierunt. aequissimum fiet eis  
ab istis omnibus rependi qui nunc eo-  
rum opera et sumptu Demittendi ha-  
bent libertatem quod etiam aliquibus  
modis fieri poterit. ubi gratia Maie-  
statis vestrae illis non Deerit cui nos  
humiliter commendamus. Vladislavore  
Juria Secunda intra Octavas Sep-  
tembris Christi Anno Domini 1532.



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*